

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6577

Autre(s) référence(s) : Bates 264

Auteur(s) : Guillaume Bonne Âme, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1082, 15 septembre

Lieu d'émission : Oissel

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Notice relatant un différend survenu entre l'archevêque Guillaume [Bonne Âme] et l'abbé Gerbert de Saint-Wandrille sur l'affranchissement des droits épiscopaux de l'abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 27-28 ; t. 4, p. 1327.
- b. Bessin Guillaume (Dom), *Concilia Rotomagensis provinciae...*, Rouen, Franciscum Vaultier, 1717, p. 76.
- c. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, recueil des chartes, n° 39.
- d. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° xvi.
- e. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 264, p. 793-795.

Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 146a.

Texte établi d'après e

In nomine sancte et individue Trinitatis. Cum non sit contra apostolicam et canonicam auctoritatem, plura monasteria quadam speciali dignitate esse absoluta ab omnium episcoporum vexatione et archidiaconorum gravatione, Fontanelle monasterium in quatuor suis ecclesiis, id est Caldebec, sancta Gertrude, Resentium et sancto Michele, ex multis et ab antiquis temporibus, hanc semper tenuit et tenet absolutionem, hoc tantum excepto quod unus ex clericis in synodo debet sedere et ecclesiastice utilitatis instituta audire et ceteris rebus ad observandum renunciare, liber tamen est ab omni interrogationis et responsionis vel emendationis questione, excepto quod si idem presbyter dixerit aut fecerit aliquid quod pertineat ad dehonorationem archiepiscopi, archiepiscopus abbatem conveniens commonebit et abbas ipsum presbyterum, secundum culpam, archiepiscopo satisfactorum ducet aut mittet. Nam si quid in his quatuor ecclesiis culpe reperitur, ad Fontanellensis abbatis censuram pertinere iure antiquo probatur.

De qua libertate, tempore Guillelmi, regis Anglorum et principis Normannorum, questio ex parte mota est inter Guillelmum archiepiscopum Rothomagensem et Girbertum abbatem Fontanellensem, hac occasione. Quia quidam monachus prefati monasterii ferrum iudicii, quod ex antiquo iure in eodem monasterio erat, per ignorantiam et ex quadam simplicitate in alios usus transformavit. Cumque abbas ferrum aliud supranominato archiepiscopo sibi benedici postularet, et archiepiscopus, dubitans utrum ex antiqua consuetudine idem monasterium ferrum haberet iudicii, quod abbas postulabat, denegaret, tamdiu res indeterminata permansit donec ad presentiam predicti regis deferretur, ubi, abbate monstrante monasterium suum ex antiquis temporibus huiusmodi ferrum habuisse et in quatuor predictarum ecclesiarum parochiis, quarumlibet culparum censuram et libertatem ab omni archiepiscopo et archidiaconorum exactione quiete obtinuisse, tandem hoc modo ipsa culpa secundum sententiam presidentis regis et plurimorum episcoporum, abbatum et aliorum magnorum virorum, clericalis et laici ordinis inter utramque partem concorditer est determinata, ut Fontanellense monasterium dignitatem libertatis et absolutionis, quam inconcussam eatenus possederat, deinceps nullatenus ab ullo concutiendam in perpetuum quiete possideret. Que determinatio Rothomagensium canonicorum sancte Marie audientie relata, ipsorum consensu confirmata est. Et ne quis huius iuste determinationis firmitatem per oblivionem aut ignorantium, aut aliqua occasione inquietare in futuro presumeret, ex precepto regis et consensu omnium ibi presentium, per presentis scripture memoriam posterorum notitie commendatur.

Facta est autem hec predictae cause determinatio anno ab incarnatione Domini 1082, indictione quinta, non. septembris, in villa quam Oxellum vocant, intra pratum, iuxta domum Guillelmi... coram rege, presente archiepiscopo Guillelmo, et abbate Girberto, testibus episcopis Gisleberto Lexoviensi, Gisleberto Ebroicensi, Guillelmo Dunelmensi de Anglia : abbatibus Guillelmo Fiscannensi, Guntardo Gimegiensi, Anselmo Beccensi, Gualtero de Monte Sancte Trinitatis, Fulcone de Sancto Petro supra Divam ; clericis vero Benedicto Rothomagensi, Sansone Baiocensi, Gualtero filio Goteri, Roberto, Bernardo filio Ospa, Guillelmo filio Suevi ; laicis Guillelmo comite Ebroicensi, Hugone de Cestra, Rogero de Bellomonte et filiis eius, Roberto comite de Meullen et Henrico, Rugultrano filio Roberti, Guillelmo Crispino, Roberto de Veteri Ponte, Guillelmo de Tony, Normanno Primate, Lesto filio Alcheri et fratres eius, Rodulpho, Rogero Bigot, et aliis multis.